ſuis ſeruitoribꝰ. Vnde romani de
pingebāt ſupbiā ad modū dya
boli habētis tres coronas. In pri
ma ſcribebaᵗ. tranſcēdo. In ſecun
da. nō obedio. In tercia. pturbo.
Et vna corona fuit ſup aliā. Qua
re ad modū dyaboli. qꝛ dyabolꝰ
lucifer erat angelus: ſed ꝓpter ſu
pbiā deiectus. Ideo tre corone ſup
bie. In prima corona fuit ſcrip
tum trāſcendo. qꝛ ſupbus homo
credit ſe trāſcēdere ſup oēs hoīes
totius mundi. vt patet in libro
machabeoꝝ de antiocho rege qui
credebat ſe īparare ventis ⁊ fluctibꝫ
maris. ⁊ altitudines montium in
ſtatera ponderare. ⁊ aſtra celi aſ
cendere, ⁊ cito venit ad tantā miſe
riā qꝙ fuit eiectꝰ de exercitu ſuo. ⁊
nemo poterat fetorē eiꝰ tolerare.
Et ideo iſte primā coronā a dyabo
lo ꝓmeruit. In ſecūda corona fu
it ſcriptū. nō obedio. Et rō eſt. qꝛ
ſupbus nulli vult obedire. nec ſu
periori nec inferiori vt pꝫ. iij. Re. de
filijs ſalomonis qui nolebāt obe
dire mandatis ſuperioꝝ: ſed ſup
be dixerūt. Minimus digitus nr̄
groſſior ē toto dorſo prīs ⁊ ideo de
ſpecti fuerunt ab oī populo. ⁊ ali
os principes elegerunt. Item hᵒ
pꝫ de ſaul. q̄ noluit obedire māda
tis dei: ideo fuit eiectꝰ a regno. Et
iſte ꝓmeruit ſecundā coronā dm̄
ſui dyaboli. In tercia corona fuit
ſcriptum pturbo. Et rō eſt. qꝛ ſup
bia vnius hoīs ſepe pturbat totā
regionē. vtꝫ de quodā qui pertur

baīt totam regionē filioꝝ iſrl̄.
qꝛ omnes leuauerūt manus ⁊ cla
mauerūt ↄtra eum ad deū. qđ pꝫ
in ſecundo libro machab. ca. iij.
Et ideo iſte terciā coronā ꝓmeru
it. Et ſupbi inobedientes hoīes p
turbantes in oībus excedentes ꝓ
merenᵗ. Et ideo vnuſquiſqꝫ debet
ipſum expellere p humilitatem.
Et ſꝰ quo ad thema. Erat ihs eij
ciens demoniū: ⁊ illud erat mutū

Dominica letare.

Sermo. xx.

Cum ſubleuaſſet oculos
ihesus ⁊ vidiſſet turbam
ꝙc. Joh. vi. Nota qꝙ in cu
rijs dn̄oꝝ bene ordinatis vbi ma
xima dꝫ comedere multitudo; req̄
runᵗ tria Primo ꝓuidētia de neccā
rijs. qꝛ ꝓuidētia eſt virtus que ꝓ
curat de futuris ↄtingentibꝫ. Ideo
ait puerbioꝝ ſapiens. O piḡ va
de ad formicam. diſce ab ea ꝓuidē
tiam: que colligit in eſtate: vnde
viuat in hyeme. Secūdo debet eē
ordo ſeruientiū. Nā ſeruitores qū
ſunt intelligentes tunc principes
in hoc laudantur. Tercio requiri
tur ordinatio ſedentium: vt vnuſ
quiſqꝫ ſedeat ſecundum dignita
tem ſuam. vt patet in gene. de io
ſeph qui poſuit fratres ſuos ſecū
dum dignitatem primogeniture

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ita fecit xp̄us p̄nceps nr̄ volens
cibare maximam multitudinem
fecit prouidentiam. Quia vt dicit
euangeliſta. Ipſe autem ſciebat
quid eēt facturus. Item habuit
etiam ordinem ſeruientium ſibi.
qꝫ ſuos duodecim ap̄los. Item
loci eminentiam. Iuſſerunt eos
ordiatē ſedere. et de hoc legit̄ in h°
euangelio.
ABijt iħs trās mare galilee qđ
eſt in regione tyberiadis. et fuit
ꝯgregatio aquaꝝ inter montes.
et circa iacebant decem ciuitates.
Et ſequebatur euꝫ maxima mul
titudo. que videbant ſigna ſuper
hijs qui infirmabant̄: quos om
nes curauit. Subijt igitur iheſus
in mōtem et aſcendit in montem
et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis
Erat autem proximuꝫ paſcha di
es feſtus iudeoruꝫ. Cum ſubleuaſ
ſet oculos et vidiſſet quia magna
multitudo veniebat ad eum. Dix
it iheſus ad philippū. Vnde eme
mus panes vt manducent hij vo
lens eum temptare Ip̄e enim ſcie
bat quid eēt facturus Reſpondit
ei philippus Ducentoꝝ denarioꝝ
panes non ſufficiunt ei: vt vnuſ
quiſqꝫ modicum quid accipiat.
Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹. an
dreas frater ſimois petri. Eſt pu
er vnus hic qui habet quinqꝫ pa
nes ordeaceos et duos piſces: ſed
quid ſunt inter tantos? Dixit ergo
iheſus. Facite homines diſcumbe
re. Erat aūt fenum multū in loco.

Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi
quinqꝫ milia. Accepit ergo iheſus pa
nes. et cum gratias egiſſet: diſtri
buit diſcumbētibus quantū vole
bant. Vt aūt impleti ſunt: dixit
diſcipulis ſuis Colligite q̄ ſupera
uerūt fragmenta ne pereant Col
legerunt autem et impleuerūt du
odecim cophinos fragmentoꝝ ex
quinqꝫ panibus ordeaceis q̄ ſup
fuerūt hijs qui manducauerūt.
Illi ergo homines cum vidiſſent quia
fecerat ſignum dicebāt Quia hic
eſt vere ꝓpheta qui venturus eſt
in mundum. Quo ad thema. Cū
ſubleuaſſet oculos iħus Ex quo
verbo eſt ſciendū qꝫ exemplo xp̄i
debemus oculos noſtros quatu
or modis ad celuꝫ leuare. Primo
vt filij famelici ad patrem ī quo
ſperam⁹. Secundo vt ꝓfugi in mō
tem ad quem ꝯfugiam⁹. Tercio
vt ꝑſecuti in liberatorem in queꝫ
confidamus Quarto vt triſtes in
conſolatorem in quem gaudea⁹
Et hec quatuor tanguntur in offi
cio miſſe hodierne. De p̄mo velut
in patrem dicit euangelium. De
ſecundo velut in monteꝫ dicit tra
ctus. De tercio velut ꝑſecuti dicit
epiſtola. De quarto velut triſtes
in conſolatorem: dicit introitus
miſſe. Letare iheruſalem: et con
uentum facite omnes et cetera.
Primo debemus oculos noſtros
ſubleuare ad deum patrem velut
pueri famelici et eſurientes ad pa
rentes. Vnū videm⁹ qꝫ oēs puuli

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tam animalium q̄ hominum cū
famem ſuſtinēt: recurrunt ad pa
rentes. Sicut patet in trenis. Pu
eri petierunt panem: et non erat
qui frangeret eis illum panem.
Item ps. Qui dat iumentis eſcā
ipſorum: et pullis coruorum inuocā
tibus eum. Sup illa verba dicit
gloſa q̄ pulli coruorum paſcunt
rore celi: q̄ diu plume eorum nō cre
ſcunt nigre. Nā cū parentes vidēt
pullos ſibi nō aſſimilari: nō paſ
cunt eos donec videant q̄ eis aſſi
mulant. et ideo interim leuāt ocu
los et roſtra ad deū pr̄em qui paſ
cit eos rore celi. Iſte aūt pr̄ paſcit
ſuam familiā primo quinq̄ pani
bus. vt in euangelio hodierno.
Primus ē panis penitentie: et cum
illo paſcit oēs qui agunt pniam
pro peccatis. Eccleſiaſ. Panem tuū
cōede in amaritudie aīe tue. et iſta
amaritudo puenit ex recordacōe
peccatorum q̄ fecit. De quo ait ps.
Recogitabo tibi oēs annos meos
in amaritudie aīe mee. Secundus
ē panis ſacramentalis quo paſcit
cotidie de altari oēs fideles et oēm
familiā ſuam. ſ. angelos. Ad quo
rum honorem et leticiā talis panis
benedicitur. et ipſi ſunt preſentes.
Et de iſto pane ſimiliter oēs ani
me in purgatorio exiſtēs recrean
tur: q̄ eorum pena minuitur. Et ho
mines ſine peccato mortali exiſtē
tes ſunt participes. Et ideo fran
git ſacerdos ſacrm̄ in tres ptes. et
oēs anie. oēs angeli. et omnes fi

deles de vno pane et vno calice p
ticipant. Tercius ē panis mate
rialis q̄ cotidie paſcit totū mun
dum. et iſte panis nō ſiľr comedi
tur. Aliqui comedunt in menſurā
et dolore. Aliq̄ comedunt in mag
na ſupfluitate et irrident deū pr̄em;
de quibus habetur exod. Sedebat
populus manducare: et ſurrexerūt
ludere deum blaſphemando. et idō
ira dei deſcendit ſup eos. Iſte pa
nis materialis debet cotidie a pa
tre peti deuote dicens. Panem
nr̄m cotidianum da nobis hodie
et cetera. Panis iſte debet acquiri
labore manuum noſtrarum. vt
patet in geneſi. Cum adam fuit
expulſus de paradiſo: dixit ad
eum dominus. In ſudore vultus
tui veſceris pane tuo. De iſto pa
ne debet homo propter honorem
patris celorum pauperibus dare
elemoſinam vt ait thobias. Nun
q̄ comedi panē meum niſi paup
haberet ptem ſuā. Quartus pa
nis ē infernalis quem comedunt
omnes damnati: quem pminſunt
alias piſtant hic in peccatis: ac
ibi comedunt eum. De iſto pane
ait ſapiens prouerbiorum tercō
capit. Comedent panem impie
tatis et bilent vinum iniquitatis
omnes peccatores terre. Quintus
panis eſt panis celeſtis. et illum
panem comedunt electi in mēſa
patris altiſſimi. De quo ait do
minus math. Ego diſpono vobis
regnum vt edatis et bibatis ſup

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

menſam pr̄is mei ⁊ ego miniſtra
bo. ⁊ hoc fit qn̄ videmus deū o cu
lo ad oculū: quem nunc videmus
ꝑ ſpeculū. Ideo debemus primo ad
deum oculos ſubleuare. ſic filij fa
melici ad patrem panē petentes
Secundo dico ꝙ debemus oculos
ſubleuare ad deū vt ꝓfugi ad mō
tē in quē fugiamus Vnde videmꝰ
ꝙ quando hō ē in terra inimicoꝝ.
⁊ vndiqꝫ vallat̄ ⁊ videt altū mōtē
⁊ caſtꝝ forte in eo: cogitat. vtinā
eſſes in tali monte tūc velles bene
effugere manꝰ inimicoꝝ Ita nos
cū ſumus in terra malarū cogita
tionū. Debemus igitur leuaē ocu
los mentis cū fiducia cordis ad
montē eternitatis Sicut hodie ca
nimꝰ in officio miſſe. Qui ꝯfidūt
in dn̄o ſicut mons ſyon: nō ꝯmo
uebit̄ ineternum qui habitat in
iheruſalem ciuitate celeſti vbi nl̄
lus dolor. vbi nulla mors. vbi nl̄
la diſcordia. vbi nulla ſenectus.
Debemus igitur ad deū oculos
leuare vt mittat nobis auxilium
Ps̄. Leuaui oculos meos in mon
tes vn̄ veniet auxiliū michi. Auxi
lium meū a dn̄o ⁊c̄. De q̄ legimꝰ
hiſtoriam in libro de picturis: ꝙ
erat q̄dā rex potens ⁊ diues hn̄s
duas ciuitates. vnā in tuto ⁊ alto
monte. ⁊ aliā in valle ab inimicis
vallatam. ⁊ habuit duos filios.
Vnus habitabat cū pr̄e in tuto
mōte. alius in valle obſeſſa. leua
uitqꝫ oculos filius in valle: ⁊ cla
mauit ad pr̄em ꝓ auxilio. Et pat

ſcripſit quatuor litteras. Prima
erat. Peccatum ⁊ immundiciam
relinque. ⁊ honeſtatem aſſume:
⁊ ſtatim te liberabo. Secūda litte
ra erat talis. Dilige deū tuum ex
toto corde tuo: quoniam ad ſimi
litudinē ſuā te creauit. Tercia lit
tera erat. Sine amore non poteris
ſaluari: propter carentiam enim
amoris homo perit. Quartā litte
ram miſit ſibi per propriū filium
quē habuit apud ſe: ⁊ tenor litte
re erat talis De oībꝫ tuis nichil pe
to niſi vt me diligas ſicut tuū ger
manum. Ad propoſitū ille rex
diues eſt deus pater: qui habet
ciuitates viꝫ celi ⁊ mundi. Vna ē
tuta in alto loco ſcilicet mōte Ad
quē oculos noſtros ſubleuare de
bemus ⁊ auxilium petere. Hic ha
buit duos filios ſcilicet ihesū cri
ſtum ⁊ humanā naturā in mūdo
Nunciauit igitur deus pater hu
mane nature ꝑ tres nūcios. Pri
mꝰ fuit abrahā patriarcha: cui
mandauit ſicut tenet prima litte
ra. Pctm̄ ⁊ immundiciā fuge. et
hoc fecit ⁊ filij eius ad multa tp̄a
Secundus nuncius fuit moyſes
et ille fuit cum domino in monte
ſinay. et accepit tabulam quaſi
litteram ſcriptam digito dei viui.
Et ille primo nunciauit legē dile
ctionis quia ad imaginem dei cre
atus eſt homo. vt patet in gene
ſi. pri. Tercius nuncius fuit Ihe
remias propheta quē deus ſan
ctificauit in vtero mr̄is. Qui dixit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sine amoꝛe nō poteris ſaluari ꝓp
ter carentiā cuius hō perit. Ritam
litterā miſit ſibi ꝑ ꝓprium filium
ſuū de moꝛte eterno: q̄ ipſū hoīem
redemit ſuo ꝓprio ſanguine Et ille
erat tenoꝛ ſue littere. De omnib⁹
michil aliud peto: niſi vt me dili
gas ſic tuum germanū. Et ſic eſt
ꝙ debemus oculos ſubleuare ad de
um: ſicut ꝓfugi ad montē in quē
fugiamus. Tercio debemus oculos
ſubleuare vt pſecuti in liberatorē
in quē ſperam⁹. Videm⁹ nāq̧ ꝙ
hodie paupes. iuſti ⁊ ſimplices a
malis pſequunt̄ diuerſimode ve
lut verus heres fili⁹ abrahe a ſpu
rio iſmahele V er⁹ heres eterni re
gni ē iuſtus. ⁊ ideo eijcit̄ ſpurius
filius ancille. Et hoc oñt epl̄a ho
dierna que ſumpta eſt de geneſi.
Et paulus ponit eā ꝓ exemplo ꝑ
ſecutionis iuſtoꝝ. ⁊ ꝯdemnacōe
maloꝝ. Dicitur ꝙ abraham ha
buit duos filios. vnum de ancilla.
⁊ alium de libera v de vxoꝛe ꝓpria.
Sed cū eſſent ambo puuli iſti pu
eri viz yſaac verus heres ⁊ liber. ⁊
yſmahel ſpuri⁹: luſerūt in domo.
⁊ ſpurius pcuſſit verum heredem
Qd eius mater moleſte ferens: ⁊
tollens filiū ſuum in gremiū: di
xit ad abrahā Tu ꝓmiſiſti mihi
quando deus daret michi filium
ꝙ velles eijcere ancillam ⁊ filium
eius. q2 filius ancille non debet eē
heres cum filio libere Tunc abra
ham dixit ad ancillam Tolle fili
um tuum ⁊ vade de domo mea; et

dedit ei cibaria ꝓ via. Que iuit in
deſertū ⁊ voluit ire in egiptum. ⁊
errauit in deſerto: ⁊ non habuit
aquam nec aliquid ad bibendū
ꝑ triduum. Ita fuit deſpata ꝓpter
penuriā aque ꝙ voluit relinq̄re fi
lium ibi ſub arboꝛe ⁊ recedere. Sȝ
puer clamabat poſt matrem: et
mota ſunt mēna viſcera ⁊ reuerſa
ad puerum ⁊ lacrimata eſt. Et le
uauit oculos ad deum ⁊ oꝛauit.
Tunc miſit angelum ſuum: qui
eduxit eam ad fontem in deſerto.
⁊ ibi hītauit ad multos annos. ⁊
filius accepit vxoꝛem de egipto ⁊
creuit in gentem magnam. ⁊ iſti
dicebantur iſmahelite. ⁊ iſti ſem
per pſequebantur filios abrahe
qui fuerunt veri heredes Et ideo di
cit apoſtolus in hac epiſtola.
Ita ⁊ nūnc oīs iuſtus ⁊ penitens
eſt verus heres: ſed iuſti ⁊ boni ve
ri heredes a ſpurijs ideſt a peſſi
mis pſequuntur. Sed veniet hoā
in die iudicij ꝙ ancilla ⁊ filius e
ius eijcientur: ideſt coꝛpus ⁊ aīa
ad deſertum eterne damnati
onis: vbi ſuſtinent ſitim. ⁊ non
habent aquam miſericoꝛdie. ⁊ ve
rus heres iuſtus et penitens ma
net in hereditate patris. Liberi ſu
mus qua libertate xp̄us nos libe
rauit. Ideo omnis homo qui eſt
ſine peccato eſt liber ⁊ heres ⁊ om
nis peccatoꝛ expellitur. Ideo oīs
iuſtus ⁊ penitens ſi perſequitur:
ſubleuet oculos ſuos ad dominū
deum noſtrum: ⁊ liberabit eum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quarto dico q̄ debemus oculos ſub
leuare ad deū velut triſtes in cōſo
latorē in quē gaudeam⁹ Et oīt in
troitus miſſe. Letare ih'r'lm ⁊ cō
uentū facite oēs qui diligitis eā.
⁊ iſta leticia venit ex antiq̄ lege.
q̄ ih'r'lm fuit deſtructa: poſtea re
edificata. ⁊ poſt captiuitate3 reuō
uit neemias oēm populu3 diſper
ſū ⁊ ait verbū preallegatū. letare
ih'r'lm. Ita ſancti patres hodie in
roma vbi ē mater totius eccleſie
⁊ magna leticia ſpiritualis quia
celebrat papa miſſam in eccleſia
q̄ d' ad ſcām crucē in ih'r'lm. ⁊ p⁹
miſſam h3 roſam de auro in quā
in fūdit vinū cū balſamo ⁊ bibit.
⁊ tunc nobiles romani ſedēt ante
ecclīam in equis precioſis ornati
veſtimentis. ⁊ nobiliori romano
quē videt inter eos tribuit hanc
roſā: qui bibit ⁊ tribuit aliis ⁊ cū
leticia equitant p totā ciuitatem. ⁊
hoc inuenerūt ſancti pr̄es. q̄ ſic ec
cleſia iā eſt in medio .xl. debet per
ſolaciū ſpūale recreari vt ait poe
ta. Interpone tuis interdū gaudi
a curis Vinū ⁊ balſamū ſignificāt
xp̄m deū ⁊ hoīe3 filiū ⁊ ſpm̄ ſcūm
⁊ aur3 deū prēm. Ita tres pſone
in vnū. ſic aur3. vinū ⁊ balſamus
Ergo letemur hodie. ⁊ oīs triſtis
leuet oculos ad deū vt ipſū cōſole
tur. & ad thema. Cū ſubleuaſſet
oculos ⁊c.

Dnīca in paſſione.
Sermo .xxi.

Ihesus aūt abſcondit ſe:
Ioh. viii Nos videm⁹ q̄n
aqua abundās trāſit in
anguſto meatu ſepe ex abūdātia
excedit ſuū meatū. ⁊ ſi in vno ob
ſtruitur: in alio loco querit exitū
Ita ſpiritualiter homo plenus oī
malicia ⁊ dolo: ſepe cōfunditur a
iuſto: ⁊ ſi in vno cōfundit̄ ⁊ vinci
tur p veritate3: querit aliā excuſa
tionē. ⁊ ſi iter3 vincit̄: tunc violen
ter inuadit iuſtū Ita malicioſi iu
dei pleni oī dolo ⁊ inuidia fuerūt
p xp̄m ſepe victi ⁊ cōfuſi ⁊ tunc ali
am excuſationem ⁊ inuencōnem
inuenerunt: ſed xp̄iſtum vince
re non potuerunt. Ideo violenter
in ipſū irruere voluerunt: ſed ipē
ſciebat tpus q̄n pati p nobis de
buit ⁊ illud adhuc nō venit. Ideo
abſcondit ſe vt p3 in euangelio
hodierno.

Euangelium.

In illo tempore dicebat iheſus
turbis iudeorum et principibus
ſacerdotum. Quis ex vobis argu
et me de peccato. Si veritatem di
co vobis quare nō creditis mihi.
Qui ex deo eſt: verba dei audit.
propterea vos non auditis. quia
ex deo nō eſtis. Rn̄derunt iudei ⁊
dixerunt ei. Nonne benedicimus
nos quia ſamaritanus es tu ⁊ de
moniū habes. Reſpondit iheſus
Ego demonium nō habeo: ſed ho
norifico patrem meum: ⁊ vos in
honoraſtis me. Ego aūt non que
ro gloriam meam Eſt qui querit
⁊ iudicet. Amē dico vobis. Si q̄s

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf